Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 134.

" diam facit." Dicta authorem esse Guilielmum de Lancea ostensum est in Cod. LXX. n. 1.

3. Fol. 154a – 167a.

S. Thomae Aquin. liber de perfect. vitae spiritual.

S. Thomae Aquinatis liber de perfectione vitae spiritualis. Rubrica est: "Incipit liber de perfeccione spiritualis vite editus a fratre Thoma de aquino ordinis predicatorum capitulum primum que sit auctoritas /: authoris :/ intentio." Initium est: "Quoniam quidam perfeccionis ignari." In fine explicit libellus de perfeccione vite spiritualis In nomine dom. amen. Anno domini M°. ccc°. Nonagesimo VIII°. Genuinum esse probat Quetif. T. I. p. 335.

4. Fol. 167a – 205a.

Henr. de Hassia tract. de contractibus.

Henrici de Hassia tractatus de contractibus. Incipit: "In sudore vultus tui etc. Tanta erat illius prime transgressionis culpa". Henricum esse hujus tractatus authorem manus coeva codici nostro inseruit, et testatur Bern. Pez. Anecdot. T. I. in dissert. Isag. p. 79.

Cod. CCLVII.

B 35.

Chartac. Fol. Saec. 15.

1. Fol 1a – 8a.

S. Augustini liber de cura pro mortuis.

S. Augustini liber de cura pro mortuis. Praemittuntur quaedam ex ejusdem libris retractationum, opusculum de cura pro mortuis concernentia; tum opus nostrum sequitur, quod incipit: "Diu sanctitatis tue venerande coepisco pe pauline". Extat inter opera ejus edit. Maurian. T. VI. col. 515.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 135.

2. Fol: 8b-16a

Eiusdem liber de agone Xtiano. Rubrica est: " Incipit liber beati Augustini de agone christiano." Precedens brevis quasi prologus, qui incipit: " Fratribus in eloquio latino illeneditis, est caput tertium ex libro 2. retractationum de, rumitum. Opus nostrum incipit: " Corona vic, toriæ non promittitur nisi certantibus." Ex, stat in opera ejus præf. edit: T. VII. col: 245.

Eiusdem liber de agone Xtiano.

3. Fol: 16a-23b

Excerptum ex opere Francisci de Retza su, per Salve regina. Rubrica est: " Magister Fran ciscus super Salve regina super Claustralo gia inter alia de pietate." Incipit: " Quæ, ritur utrum ex pietate debemus adorare effi, gialem." In fine: " Excipiunt quedam ex, tracta ex Scripto Magistri Francisci docto, ris sacre theologie ordinis predicatorum su, per Salve regina de pietate ymaginibus et picturis".

Franc: de Retza super Salva Regina excerptum.

Franciscus de Retza Ord: Predicat: flo, ruit in Academia Viennensi, et inter alia opera tribus voluminibus sat prolixum edi, dit comentarium in Salve regina. Obiit ca, ca annum 1425. Vide Quetif. T. I. p. 775.

XXI

4. Fol: 23b-27a

S. Augustini Speculum mortis, seu pecca, toris. Incipit: " Quoniam karissimi in via". Supposititicium esse jam diximus in Codd. ~~CCV. et CC XXX. n. 4.~~ CXL. n. 6.

S. Augustini Speculum mortis, seu Peccatoris.

B 25.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 136.

5. Fol. 27a–35b.

S. Anselmi lib. de conceptu virginali.

S. Anselmi liber de conceptu virginali. Incipit Prologus: "Cum in omnibus religiose tue voluntati", opus ipsum: "Ad videndum igitur qualiter". Extat inter opera ejus edit: Gerber: p: 97.

Ejusdem epist. ad Hugonem.

Calci hujus operis in Codice nostro adjecta est ejusdem Anselmi epistola ad Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem de mutandis titulis duorum opusculorum, quae incipit: "Domino ac patri archiepiscopi: Pondus vestre auctoritatis:" In edit: p: 347.

6. Fol. 35b–46b.

Ejusdem tract. de concordia praescientiae &c.

Ejusdem tractatus de concordia presciencie, predestinacionis et liberi arbitry, ita rubrica. Initium praefatiunculae est: "De tribus illis questionibus", operis autem: "Videntur quidem presciencia Dei. In edit: p: 123.

7. Fol. 46b–48b.

S. August. tract. de contemtu mundi.

S. Augustini tractatus de contemptu mundi ad Clericos. Incipit: "Audite fratres karissimi salutiferam." Suppositicium esse diximus in Codd: CCV. n: 11. et: CCXXX. n: 4.

8. Fol. 48b–53b.

S. Cypriani de duodecim abusionum gradibus.

S. Cypriani tractatus de duodecim abusionum gradibus. Rubrica est: "Incipit Tractatus Cypriani de XII abusionibus", initium vero: "Primus abusionis gradus est sine bonis operibus sapiens". Extat inter Opp: S. Cyprian: edit: Prud: Marani recusae Venet: 1758. Col. 1083. In nonnullis Codd: mms: adscribitur S:

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 137.

Augustino; unde etiam inter ejus opera edit. Maur. T. VI in app. col. 211 reperitur. Utrique suppositum esse, tam editores, quam coeteri eruditi facile conveniunt; de genuino tamen authore nec hi, nec illi certi quid quod statuant habent.

Q. Fol. 53b–61a

Franc. de Retza de laude Mariæ, Crucis, et de clamore.

Rubrica est: "Sequitur questio excerpta de scripto Magistri Francisci super Salve regina de laude beate Marie et crucis Xti benedicte." Incipit: "Queritur cur beatissima Maria." Finita hac questione sequitur altera rubrica: "De clamore et scripto dicti M. Francisci super Salve regina super voce Clamamus" et incipit: "Clamamus. Hic videndum est." Sunt itaque hæc excerpta, sicut illa, de quibus supra n. 3 est sermo Francisci de Retza opere super Salve regina.

R. Fol. 61a–183b

Postilla super epistol. dominical. ferial. et de defunctis.

Postilla super epistolas dominicales, et feriales. Incipit: "Scientes quia hora est jam. ad rom XIII. Hic beatus paulus ostendit." Folio verso 176. extat rubrica: "Incipiunt expliciones epistolarum pro defunctis. Folio 179 verso legitur hæc: "Explicit super epistolas dominicales per circulum anni, et etiam feriales per adventum domini ac ab epyphania usque ad quadragesimam, per eandem quoque totam usque festum pascale, deinde etiam plures epistole feriales usque ad dominicas post pentecost. continentur. His mox subjungitur rubrica: Sequuntur lectiones in agendis seu vigiliis mortuorum cum expositionibus suis."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 138.

11. Fol: 184a–199a

Origenis tract. de singularitate Clericorum

Origenis tractatus de Singularitate Clericorum, seu ut rubrica codicis nostri habet: "De cohabitatione clericorum et mulierum". Incipit: "Miseram quidem vobis ante tempus epistolam filii karissimi." In fine rubrica dicit: "Explicit liber Origenis / alii dicunt quod Augustini et hoc credo verum de cohabitatione clericorum et mulierum". Verum nec Origenis esse, nec Augustini, nec Cypriani, quem authorem nominant nonnulli codices mss: ostendit Prud: Maranus in edit: opp: S. Cypriani recusa Venet: 1758. in vita Cypriani, num: XXXV. Col: CCXX. Authorem tamen episcopum fuisse, ac tertio, vel ineunte quarto Saeculo vixisse idemmet ibidem statuit.

12. Fol: 199a–216a

Richardi S. Victoris tract: tres de statu interioris hominis.

Richardi S. Victoris tractatus tres de statu interioris hominis. Prologus incipit: "Sero quidem nisi quod petenti promisi;" Caput autem primum: "Omne caput languidum." In fine Explicit Richardus de Statu interioris hominis." Extat inter opp: ejus edit: Colon: 1621. 4. part: I p: 35.

Richardus de S. Victore, natione Scotus, Canon: Regul: S. Victoris Parisiis, S. Bernardi, et Hugonis de S. Victore familiaris obiit anno 1173. Fabric: Bibl: med: et inf: lat: T: VI. p: 86.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 139.

13. Fol. 216a – 244a

Eadem tract. de contemplat. minori.

Rubrica est: "Sequitur tractatus ejusdem Richardi de contemplatione minori". Incipit: "Benjamin adolescentulus in mentis excessu". In praefata editione habetur Par. I. p. 178. ubi inscribitur de praeparatione animi ad contemplationem; seu etiam Benjamin minor.

14. Fol. 244a – 256b

S. Thoma de Aquin. de perfectione.

Rubrica: "Incipit prologus in libum de perfectione Thome de Aquino". Initium est: "Quoniam quidam perfectionis ignari". Eundem ergo libum pra oculis habemus, quem jam recensuimus in Cod. praecedenti n. 3.

15. Fol. 256b – 277a

Tractatus de cordis praeparatione.

Tractatus de cordis praeparatione et ejus aperitione ac custodia prohemium. Ita rubrica. Proemium incipit: Loquimini ad cor Jerusalem. Authoris vestigium adhuc nullum deprehendi.

16. Fol. 277a – 287a

S. Bernardi tract. stat. de moribus adolescentum.

Rubrica insignitur: "Incipit tractatus Beati Bernhardi abbatis de moribus adolescentum. Initium est: "Hortatur quidem timidam mentis mee imperitiam". Extat inter Opp. S. Bernardi edit. Mabill. Vol. VII. col. 386. sed multo auctior, ibique inscribitur de ordine vita et morum institutione. Dicitque

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 140.

doctus editor eum in aliis codicibus tulisse ti-
tulos de doctrina puerorum, vel: de verecun-
dia adolescentum. Denique hanc tractatui
praemittit censuram: Hic tractatus, quamvis
Bernardi non sit, est tamen cujusdam Bene-
dictini, ut ex cap: 5. n: 16. apparet, ex Patrum
maxime Ambrosii sententiis contextus."

281a – 303a

Sequuntur jam a Fol: 281. plures tractatus,
seu sermones eidem Bernardo adscripti, quos sub
eodem numero comprehendere liceat, et qui-
dem

Ejusdem sermo contra ecclesiasticos.

A. Sermo contra ecclesiasticos pastores, qui
incipit: "Grave est, quod injungitur." In praef.
edit: hac censura notatur: "Non est Bernardi,
cui superbum, et insolens videretur Episcopos,
universosque Praelatos fratres appellare, mul-
to minus diabolos, ut hic fit n: 3. Cujuscunque
sit, ex Bernardi centonibus totus constat,
coram Papa ejusque jussu habitus, ex num:
1." Hac Mabillonius."

Nicol: Claraevall: Sermo de B. V. M.

B. Nicolai Claraevallensis sermo de B: V: M.
Rubrica quidem est: "Incipit Sermo beati Bernhar-
di in adventu domini de virgine gloriosa;
verum Nicolai esse testatur Mabillonius
in edit Opp: S. Bern: Vol: II. col: 578. ubi idem
sermo de Nativitate Domini inscribitur. Sermo-
nis initium est: "Exultate fratres in domino,
quia de domina illa sermo succedit". In prae-
fata editione legitur pro domina - dominica.

Nicolaus Claraevallensis, ex monacho ni-
gro albus, S. Bernardo ab epistolis, dein falsa-
rius deprehensus, atque profugus in Italiam
obiit post annum 1175. Plura dabit Fabricius
Bibl: m: et i: lat: T. V. pag. 107.

S: Bernardi tract: super symbol: Apostolorum.

C. Rubrica: "Tractatus Bernardi super Symbo-
lum apostolorum. Incipit: Apostolice doctri-
ne sententiam tanquam fidei confessio-
nem nobis comendans." Inter opera ejus non
reperitur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 141.



Ejusdem tractat: in orat: dominicam	D. Rubrica: "Sequitur tractatus beati Bernhardi super oracionem dominicam." Initium: "Multorum legimus oraciones." Ignoratur a Mabillonio.
Ejusdem tract: in Symbolum Athanasii.	E. Rubrica: "Seq: tract. b. Bern. de fide super Symbolum S. Athanasii". Incipit: "Ante omnia autem spem et caritatem." Hunc quoque ignorat Mabillonius.
Ejusdem de tribus gener: cogitationum.	F. Rubrica: "Sequitur Bern. de tribus generibus cogitationum." Initium: "Amonet nos beatus Benedictus."
Ejusdem Sermo de misericord: Domini.	G. "Sermo b. Bern: de misericordiis domini." Sic rubrica. Incipit: "Misericordias domini in eternum cantabo. Quid enim". In edit: Vol: I. col: 946.
Ejusdem de 7 fragmentis misericordiar.	H. Rubrica: "— Super fragmenta septem panum recoligens." Initium: "Scitis quid fecerim vobis, septem hodie misericordias." In edit: Vol: I. col: 947.
Ejusdem de 6 hydriis	J. Rubrica: "Sequitur beatus Abbas de sex ydriis Sermo." Incipit: "Erant ibi posite sex &c: Intelligamus has." In edit: Vol: I. col: 1193.
Ejusdem de domo inter: seu conscientia ædificanda	K. Rubrica: "De templo quomodo debeat edificari Beatus Bernhardus." Lepida sane inscriptio! opus enim, quod incipit: "Domus hec in qua habitamus", idem est, de quo jam diximus in Cod: CCV. n 1. agitque de domo interiori hominis, seu de conscientia.
Ejusdem formula honestæ vitæ.	L. Rubrica: "Sequitur tract: b. Bernhardi de Formula honeste vite." Initium: "Petis a me frater. De hoc dictum est in Cod: CCXXVI. n. 10
	17. Fol: 303a – 304a.
S. Bonavent: de 7 gradibus contemplation:	S. Bonaventuræ tractatus brevis de septem gradibus contemplationis. Incipit: "Contemplativorum aquilonis (: aquilinos :) obtutus." Rubrica quidem dicit: "Bernardus de 7 grad: contemplat. Sed Benedictus a Cavalesio in Proc.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 142.

ad Opp. S. Bonav: l. 8. p. I. dx. p: 751. breve hoc scriptum Doctori Seraphico vindicat.

18. Fol: 304a – 312b.

Hugonis Tract. de laude charitatis.

Rubrica est: "Incipit liber hugonis de laude caritatis et dilectione dei et proximi". Initium: "Geminam nobis scriptura sacra Karitatem comendat." Quis sit iste Hugo nescio; certeron a S. Victore: ab istius enim tractatu de laude Caritatis, qui extat T. II. p: 150, hic noster est totus diversus, uti etiam a Petri Blesensis tractatu de dilectione Dei et proximi.

19. Fol: 312b – 317a.

S. Bernardi Meditationes.

Rubrica: "Incipit liber Meditationum beati Bernhardi Clarevallensis Abbatis". Initium: "Jesum nazarenum a judæis innocenter condemnatum". Extat inter Opp. ejus Vol: II. col: 662. et dicitur Sermo de vita et passione domini. Sed Bernardi non esse affirmat Mabillonius; ab alio sub titulo: Stimulus amoris S. Anselmo tribuitur, cujusque operibus inseruit Gerberon p: 217. licet eidem tuto adjudicare non audeat.

20. Fol: 317a – 320b

Henr: de Hassia de pass: Domini per 7 hor: Canon:

Rubrica: "Sequitur contemplatio beati Bernhardi de passione domini nostri J: Ch." Prologus incipit: "Septies in die laudem dixi tibi. Rogasti me ut aliquem modum". Producitur contemplatio per septem horas canonicas. Mabillon: in edit: Opp. S. Bern: nullam ejus facit mentionem. Authorem esse Henricum de Hassia testatur Bernar. Pez Thes: anecd. T. I in dissert: prag: p. 78.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 143.

21. Fol. 322a–

Sermo in funere Michael: Past: Pragensis: 322a–324a

A. Sermo in funere Michaelis Pastoris Pragensis et Procuratoris fidei in Concilio Constantiensi. Incipit: "Patres Reverendissimi &c: Cum sacri Canones."

Bulla pro Trevirensi Metropoli: 324a–325a

B. Bulla pro Trevirensi Metropoli data anno 1431. Incipit: Reverendissimis in Xto patribus &c: Post humilem recomendacionem."

Sermo de Statu ecclesiae in Conc: Basileensi habitus. 325a–329a

C. Inscriptio sonat: "Sermo ad Sanctam Synodum Basileensem de statu ecclesie et domus dei presentis. Incipit: "Domus mea domus oracionis est &c cum constet deum plures habere domos."

Cod: CCLVIII.

Chart: Fol: Loc: 15.

B 3.6.

Nicol: Dinckelspühel Lectura super 4to libro Sententiarum.

Nicolai Dinckelspühel Lectura super quarto libro Sententiarum. Incipit: "In nomine Patris &c: Cum desiderarem." Plura vide in Cod: C. Praesentis Codicis Scriptor est Balthasar Winter de Swinfurt oppido imperiali.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 257

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27609

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)